

κακία τῶν δεχόντων; hæc verò ἀταξία καὶ ἀναρχία Aristot. d. 1.
 Quæ, si moderate sint eidem quoque vocantur μεταβάσεις καὶ με-
 ταβολαὶ generaliter: si verò omnino degenerant οἷον φθοραὶ τῶν
 quasi corruptela caterarum. Interim propter illa priora vitia
 & exerrationes non statim Reipub. nomen interit. Si con-
 sideraveris ut mixtas, tanta scriptorum politicorum fluctua-
 tio est, ut vix constans sententia formari queat. Quidam
 omnem mixtionem rejiciunt quâ species perditur, & prædomi-
 nanti parti nominis impositionem commendant, ut Greg. Tho-
 lozan. l. 5. de Republ. cap. 1. n. 3. pag. 246. Junius part.
 1. quæst. polit. 2. pag. 3. Bodinus l. 2. de Repub. cap. 1. pag.
 287. quem tamen sibi ipsi non constare Keckermannus asserit
 l. 1. Syst. polit. cap. 4. pag. 564. Richterius axiom. polit.
 58. pag. 152. Quidam mixtionem concedunt, sed non talem,
 ut Danaeus ex l. 6. Polybii l. 1. polit. c. 6. pag. 49. Kecker-
 mann. d. 1. pag. 32. quorsum ferè inclinare video Aristotelem;
 etsi potius ad degenerationem respiciat administrationis quàm ad
 certam formam, conjecturâ Tholozani d. 1. pag. 247. Sed
 in numero planè discordant. Vix ego inter illos ero Palemon!

QUÆSTIO VII.

An Reipublicæ constitutio primùm sub statu Monarchico coaluerit?

Bonum Reipubl. statum tripliciter considerari hætenus vidi-
 mus; nunc ductu quæstionis præcedentis quæramus, quæ ori-
 getenus prima. Monarchiam origine principem dicit Ari-
 stoteles lib. 1. polit. cap. 2. lib. 3. cap. 10. & lib. 4. cap. 13.
 Plato l. 3. de LL. pag. 586. & seqq. utpote simplicissimam &
 benignam matrem. Ibid. pag. 592. quod aperte innuit Justinus
 Trogi Pompeii abbreviator l. 1. Sub init. pag. 13. Principio,
 inquit rerum gentium nationumq; Imperium penes Reges erat:
 quos